

dē patris in sancta conuersione filius, ab hac luce migrauit ad dominum: cuius merita in ipsa cum insigniter præfuit urbe, miraculis pluribus illustrata chorificat, successore eius anastasio Romanæ ecclesiæ præfidente, regnantibus autem in Romanorum imperio, frederico illustri: in Francorum regno pijsimo rege Ludouico filio Ludouici: principatu ecclesiæ uniuersæ ac totius creaturæ uisibilis & inuisibilis monarchiam tenente dei filio Iesu Christo: anno ab incarnatione sua, millesimo centesimo quinquaesimotertio, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum. A M E N.

¶ Explicit uita sancti Bernardi primi abbatis Clareuallensis.

¶ Epigramma seu epitaphium beati Bernardi abbatis Clareuallensis: per modum dialogi.

Mira loqr: sed digna fide. Bernarde [Quid hoc est?] **V**ituis adhuc: [uiuio] Nū ergo es mortuus: [Imo] **E**t quæ agis: [requiesco] Taces, an fatis: [utrumq:] **C**ur retices: [quia dormio] cur loqueris: [quia uiuo] **Q**uid loqr: [sacra mystica] cui: [mea scripta legenti] **N**um cunctis: [non] ergo quibus: [qui dulcia quærit] **N**omen habes: [ita] Qd: [Bernardus] Num sine causa: [Nō] **D**ic ergo quid hoc est: [Bernardus bona Nardus] **C**ur Nardus: [q. fragro] quo fragminer: [dulce] **C**ui fragras, & ubi: [lectori codice sacro] **Q**uod cognomen habes: [de Clareuall] manes hic: [Manis, sed modo non] ubi nunc: [in uertice montis] **Q**ualis eras in ualle manens: [humilis] modo quantus: [Maior nunc sursum, quanto minor ante deorsum] **N**ō me tui quicquam uallis tenet: [ossa] quousq: [Donc cæleste fiat terrestre cadauer] **H**oc quando fiet: [omnis caro quando resurget.]

¶ Aliud epitaphium editum à domino Adam de sancto uictore.

Claræ sunt ualles, sed claris uallis uis abbas **C**larior, his clarum nomen in orbe dedit. **C**larus auis, clarus meritis, & clarus honore. **C**laruit eloquio, religione magis. **M**ors est clara, cinis clarus, clarusq: sepulchrum. **C**larior exultat spiritus ante deum.

¶ Aliud epitaphium.

Ecce latet Clareuallis clarissimus abbas. **Q**ui summis summus, qui sibi parus erat. **R**eligionis apex, lux mundi, laus monachorum. **V**ox uerbi, pacis sanctio, furis amor. **I**nfructus, uelox, sublimis, pauper, abundans, **A**rtibus, ingenio, sanguine, uelice, bonis. **L**audis eget titulo, cuius laus non sit ad omnes. **C**uius honor, cuius crescere fama fuit. **N**unc uerò quem plangit adhuc, quem prædicat orbis, **S**i laudare uelim, laus mea laude caret. **D**ura, malum, cunctos, tulit, horruit, & discavit: **V**ana, decum, requiem, spreuit, amauit, habet.

¶ Aliud epitaphium.

Ardēs Bernardus, aut arduus, aut bona Nardus. **I**ure uocabatur, propter quod nunc celebratur. **A**rdens feruore, iuta sublimis, odore **N**ardus, quæ uere uirtutis signa fuere. **I**ste fuit per quem patuit doctrina sophiæ. **P**ræco dei, doctor fides, citharista mariæ.

¶ Aliud epitaphium.

Cultor iustitiæ Bernardus, & arca sophiæ. **I**ncolit hunc tumulū, regnat & ante deum. **S**acrum namq: loco corpus requiescit in isto, **O**btinet excelsum spiritus atq: polum **C**hrisiferam matrem, cui uiuens purus adhæsit, **C**onsequitur mortuus associandus ei. **I**pto nam mense quo scandit uirgula iesse, **C**onscendit pariter hic super astra pater.

¶ Aliud epitaphium.

Mellissimus doctor Bernardus pacis amator **H**oc facit in tumulo, magnificandus homo. **I**psc facit, sed fama suæ probitatis in æuo **V**irtutis merito non ruitura manet. **V**exillum fidei, populi candela, sophiæ **P**uluar, laudis summa, uir iste fuit. **C**ui tria post obitum, uitam conferre laborant **M**ens humilis, blandus sermo, pudica caro. **M**ens bona disposuit, sermo docuit, manus egit: **H**inc bonus, hic melior, optimus inde fuit. **I**nsignis, pollens, largus, deuotus, abundans **M**oribus, ingenio, munere, corde, bonis **P**ræbuit, instruxit, dispersit, respuit, emit **E**xemplum, fratres, danda, cauenda, polum.

¶ Aliud epitaphium.

Hoc in sarcophago pausat uirtutis imago, **C**ui de fontanis carnis origo fuit. **S**ic quadrat cum uirtutis regula, nullam **C**ompulit in partem quælibet aura uirum. **F**ratribus ipse suis uita præluxit, honore **P**ræfuit, exemplo profuit, ordo fuit. **H**inc sursum tendens Bernardus, & infima linquens. **V**allis ex claris fulgida regna subit.

¶ Aliud epitaphium.

Sermonum pistor, morum decus instar, honesti **F**ulsit Bernardus, quem tegit hic tumulus. **P**ieridum lyriser, uirtutum signifer, artis **C**lauser, ecclesiæ lucifer ipse fuit. **E**loquiū splendor, manus obuia, frons sine nube. **A**lloquio mitis, consilioq: bonus. **L**ibri uerborum, stellati floribus, ore **P**ercelebrī, titulos eius ubiq: canunt. **I**llic mystem preciosa monilia fulgent. **I**llic eloquiū balsama uera fluunt. **P**eruius & liber stilus eius ad omnia sculpsit, **P**inxit, inaurauit, omne quod egit opus **P**ræter tot titulos quibus ille resulsit, in eius **F**loruit illæsa carne pudoris ebur. **E**t sic pro meritis, laudis uexilla reportans, **C**ælica quæ meruit præmia uictor habet.

¶ Nicolaus hac que uillæ, sacri sonat? Parisiæ. **p**ræfex æquissimus, de laudibus Bernardi & situatione Clareuallis.

Abdita uallis erat, medijs in montibus, alto **E**t nemore & uiridi tunc adoperta rubo. **H**anc claram uallem merito dixere priores, **M**utarunt nomen uallis amara tuum. **Q**uam licet umbrosi circumdant undiq: montes, **N**ulla tamen toto clarior orbe fuit. **H**anc alba irriguus mediam perlabitur amnis, **F**ons ibi perpetuo munere donat aquam. **A**d quam diue pater primum Bernardus conuocatum **M**itteris, illo iam tempore tantus eras, **N**ondum difficilis iuueniles liquerat annos, **M**ens tamen in tenera carne senilis erat. **T**unc fuit incultis hæc uallis comita dumis. **T**unc ibi non domitæ delituere feræ **I**llo siluestres produxit tempore fructus. **V**iticole nulli, nullus arator erat. **N**ulle hominum sedes, uetus hæc spelunca latronum, **N**ullus in hac poterat carperet tunc iter. **A**d postquam claram uallem Bernardus petisti, **E**t statuis sedes fratribus ipse tuis. **T**unc subito antiquam mutarunt omnia formam. **A**spera quæ fuerant, fertilia ora facis **V**allis & in medio cellas, Christi q: dicatam **E**ccliam, ad ductis fratribus ædificas. **I**nstruis angelicam hos in terris ducere uitam, **P**allere diuinas nocte diesq: pæces. **P**rotinus immensum d. ... rita fama per orbem